

Fabri, Felix: Evagatorium in Terrae Sanctae, ..., ed. v. C.D. Hassler, Bd. 2, 1843, enthaltend fol. 183A–291B von Bd. 1 des Autographs (19 555-1) und fol. 2a–74a von Bd. 2 des Autographs (19 555-2)	zu Bild Nr. 1073
	1071
	1077
	1067
500	
quod posset duci chorea post sonum illum; sunt enim cymbali bene sonantes et cymbali jubilationis, quae tamen magis proprie dicuntur tintinnabula: olim enim ante campanarum usum tintinnabulis ad officia convocabatur plebs. Ab intus est ecclesia bene ornata, in multas capellas divisa, et multae in ea pendent lampades praeter lampades S. Catharinae et altarium et columnarum XII. Ante cujuslibet monachi sedem pendet una lampas ardens. Ad hanc ecclesiam dependet in ejus capite ecclesia ad Rubum, de qua praemissum est.	1082
Secunda ecclesia est ecclesia latina, juxta cellas peregrinorum, et est una arcta camera, oblonga, cum uno altari bene decorato in honorem S. Catharinae consecrato. Luteos habet haec ecclesia parietes, qui tamen obducti (b) sunt mattis diversorum colorum, de plectis palmarum contextis pro decore. Ad has mattas pendent multae schedulae affixae, in quibus orationes pulchrae de S. Catharina sunt descriptae per peregrinos. Mos quippe habet, quod quaelibet societas peregrinorum aliquod carmen conscribat de beata Catharina et conscriptum parieti affigit, in quo beata Catharina laudatur et peregrinus quilibet nominatur, et hoc, si societas habeat virum, qui talia dictare sciatur. In tertia societate nostrae peregrinationis erat venerabilis dominus Johannes Lacinus, archidiaconus Septemecclasiensis, doctus orator; hic confecit sine praemeditatione subito subjectum carmen pro suis sociis:	1062
Suscipe virgineae decus immortale corona, Martyr et insignis te Catharina precor. Sume tui causa suspectos diva labores, Et licet indignis propitiare tuis. Pannonius primum tibi fert obsequia libens Julia Johannes urbe Levita procul. Quem sequitur Felix, Ulmensis gloria terrae, Assuetus Domino dupla talenta dare. His Schombergensem Heinricum et Casparem una, Ceu videoas Nisum Euryalumque pares. Marsbach Sigismundus Franconae gentis alumnus Atque Argentina Velsch Peter urbe potens. Hi pariter prodiere tuum venerabile corpus Visuri, pariter et reddituri domos.	1122
	1022
	0972
	0572
	0072
	Ende
	Anfang